






*John Carter Brown.*



Boq 5/1






# RVDIMEN

TA COSMOGRA  
PHICA.



TIGVRI APVD FROSCHO

uerum. Anno, M, D. XLVI.



RVDIMENTORVM COSM

mographicorum Ioannis Honteri Co-  
ronensis Liber I.



Ocelorū partes, stellas cū flatibus, urbes,  
Regnaq; cum populis, sparsas & in æ-  
quore terras,

Montesq; & fluuios, iunctisq; animalia plantis:

Officia ac sectas uarias, operumq; labores,

Morborumq; simul species & nomina dicam.

Mundus in æthereum, qui desuper imminet orbi,

Inq; elementorum duplicatur corpora primum.

Æthereus duplices sphaerarum continet orbes,

Fixa q; cum septem stellis errantibus astra.

Maiores cycli, qui mundum partibus æquis

Distribuant, ut signifer æquatorq; feruntur:

Quemq; dies medius designat, & imus horizon,

Lacteus, ac duo qui ducuntur ab axe coluri.

Zodiacus primum bisseis undiq; signis

Conspicuis, tropicum attingens obliquus utrunq;

A summo cancrum, capricornum cernit ab imo.

At qui signiferum rectus secat, inq; priori

Lanigeri libræq; gradu lucem æquat & umbras,

Æquator, media in mundi regione locatur.

## LIBER

Qui paribus spacijs occasum cernit & ortum  
Circulus, & gemino concurrat semper in axe:  
Discernitq; diem, uariatq; mensem orbem.  
Hinc medium sphaerae superum distinguit ab imo  
Alter, & is caeli primum terraeq; supremum  
Coniungens, fertur (quia uisum finit) horizon.  
Lacteus hinc sequitur candore notabilis ipso,  
Qui solus caelo spectatur nocte sereno,  
Transuersusq; diu geminum praetermeat axem;  
Mox bini subeunt, qui quattuor ante relatos,  
Seq; secant, gemino coeuntes cardine mundi,  
Tempora qui signant anni, caelumq; per astra,  
Quattuor in partes diuisum mensibus aequis.

Hinc alios numerant praedictis orbe minores,  
Qui per inaequales diducunt sidera partes.  
Circulus ad boream complectitur Arcton, & intus  
Sidera concludit liquidum fugientia pontum.  
Alter ad aestiui defixus sidera Cancri,  
Solstitio longum cogit decedere Solem.  
Tertius hunc ultra Brumalis nomine dictus,  
Quo noctem tropico sol porrigit in capricorno.  
Vnus ab his superest extremo proximus axi,  
Quem terris pressum notius describit horizon.  
Hisq; parallelis, zonis tibi quinq; profundum

Diuiditur

PRIMVS.

Diuiditur cœlum, totidemq; plagæ orbe premuntur,  
 Quorum quæ media est, uix est habitabilis æstu,  
 Nix tegit alta duas, totidem inter utranq; locatæ  
 Temperiem retinent mista cum frigore flamma.  
 Hanc nos incolimus, contraq; antichthones illam,  
 Nec dubium antipodes multis consistere terræ  
 Partibus, ad centrum directis undiq; plantis.  
 Puncta duo cœlum in paruos ubi uoluitur orbes,  
 Constituere polos, geminoq; à cardine mundi  
 Per centrum terræ tenuis deducitur axis.

Signifer hinc bissex obliquat sidera, quorum  
 Sex uidet ad boream, sex æquidialis ad austrum.  
 Terdenis gradibus signum distinguitur unum,  
 Bis tricena, gradus memoratur habere minuta.  
 Atqui signorum uariâ est natura genusq;  
 Mascula sunt, aries, gemini, leo, libra, sagitta,  
 Fusor aquæ, iunctumq; simul sortita calorem.  
 At sibi femineam consciscunt frigida sortem,  
 Bos, cancer, uirgo, capricornus, scorpio, pisces.  
 Frigida sunt nocti, sed mascula sacra diei.  
 Ipsa quoq; his anni uariantur tempora signis,  
 Nanq; aries, taurus, gemini, sunt sidera ueris:  
 Aestatem cancer, leo trux cum uirgine complent,  
 Scorpius autumnum, & duplici cum lance sagitta:

LIBER

Inde hyemem pisces, capricornus, aquarius addunt.

Restat adhuc eadem ternis proportio signis:  
 Ignea triplicitas aries, feruens leo, chiron:  
 Terrea sed taurus, uirgo & capricornus habentur:  
 Aëream sortem chela, urniger atq; gemelli:  
 Scorpius appropriat, piscesq; & cancer aquosam.  
 Deniq; cum uegetet communis corpora uirtus,  
 Singula membra tamen quoduis sibi uendicat astrum:  
 Quippe aries capiti, taurus ceruicibus hæret,  
 Brachia sub geminis censentur, pectora cancro.  
 Sorte regit scapulas leo, uentrem atq; ilia uirgo,  
 Libra tenet lumbos, & scorpius inguine regnat,  
 Arcitenens femori, genibus capricornus amatur,  
 Cruraq; fusor aquæ reficit, uestigia pisces,

Et quoniam uariæ cur entes ordine stellæ  
 Corporis æquales spacio, milesq; colore,  
 Haud internosci poterant, solertia sparsas  
 Struxit in effigiem & uariarum membra ferarum,  
 Imposuitq; simul iunctis cognomina stellis.  
 Ad boream geminas ingens Draco diuidit Arctos.  
 Hinc subit Arctophylax pariterq; Corona, Lyræq;  
 Proximus Engonasis: post hūc ophiuchus et Anguis.  
 Mox Aquila & Telum surgunt, & lactea Cygni,  
 Sidera, Pegasus hinc sequitur Delphina, simulq;

Andromede,

PRIMVS.

Andromede, Cepheusq; & Cassiopea parentes,  
 Armatusq; gener Perseus: circum ora Meduse  
 Horrida, Deltoton simul Heniochusq; feruntur,  
 Hinc aries, taurus, gemini, cancer, leo, uirgo,  
 Libraq; scorpheus, arcitenens, caper, hydria, pisces.  
 Cetus & Eridanus post hæc uertuntur ad austrum,  
 Orionq; premens Leporem. Procyonq; resurgens,  
 Inde Canis maior stellataq; cernitur Argo,  
 Perq; trium loca signorum se porrigit Hydra,  
 Craterem dorso gestans, Coruumq; loquacem.  
 Hic Fera Centauro resupina tenetur, at ultra  
 Thuribulum, notie Piscis fugit astra Coronæ.

Sunt etiam propriae ductorum sidera partes  
 Pleiades in dorso tauri sex esse feruntur,  
 Fronte sedent Hyades, fundendis imbris aptæ.  
 Inde Propus pedibus geminorum præuia, sed quæ  
 In cancro nubem referunt, Præsepe uocantur,  
 Moxq; duo circum Præsepe feruntur Aselli.  
 Regia stella nitet generosi in corde leonis,  
 Virginis in summa gestatur Spica sinistra,  
 Sed Protrygeta subit prope dextram uirginis alam,  
 Quattuor in dextra quæ conspiciuntur aquari,  
 Vrnæ: at quæ pisces connectunt, Vincula dicunt.  
 Nodus inest Vincolo: pedibus subiecta Bootæ

## LIBER

**A**rcturi stella insequitur Plaustrumq; Bouesq;  
 Postremas Helices stellis: humeroq; sinistro  
 Heniochi residet sidus pluuiale Capellæ,  
 Inq; manu læua geminus discernitur Hædus.  
 Ast argo in summa micat inclyta stella Canopi.  
 Sirius inde Canis fixus maioris in ore.

Hinc tibi per medium septem decliue feruntur,  
 Saturnus, Sol, Luna, Venus, Mars, Iupiter, Hermes  
 Fixa quidem toto circumuoluuntur olympo  
 Sidera, sed proprios retinent errantia motus:  
 Semper enim currunt fixis contraria stellis,  
 Atq; domos habitant bisseña per astra, suasq;  
 Exercent illic proprio quisq; ordine uires.  
 Luna tenet cancrum, geminos cum uirginis astrum  
 Mercurius, tauro & chelis Venus ipsa quiescit.  
 Feruidus inde leo Soli, sed scorpius ardens  
 Atq; aries Marti cedunt: hinc piscis uterq;  
 Centaurusq; Iouem, Saturnum fusor aquarum  
 Rectorem agnoscit, simul ægocerotis & astrum.

At planetarum in rapidis distantia signis,  
 Dicitur aspectus, quo se impediuntq; iuuantq;.  
 Cum duo planetæ alterutris distare uidentur  
 Sextam signiferi partem, uel per duo signa,  
 Aspectus fertur sexangulus: at tria quartam

Zodiaci

PRIMVS.

Zodiaci partem cum stant per signa planetæ,  
Conspicitur facies quadrangula: tertia sed pars  
Signiferi, reddit per quattuor astra trigonum.  
Deniq; per mediam contraria sidera partem  
Eminus aspectum soliti firmare planetæ:  
Ac certis spacijs concurrere rursus eodem  
In signo, quoties superi obscurantur ab imis.  
Sunt etiam aduersa gemini se parte secantes  
Orbes, quos faciunt Solis lunæq; meatus:  
Sectio qua Phœbe gelidas ascendit ad arctos,  
Hæc eadem caput est: sed & altera cauda draconis,  
Quæ luna imbriferum cursu descendit ad austrum.

Accipe quo spacio perlustrent signa planetæ:  
Saturnus cursum duodena per astra rotatum  
Motu retrogrado terdenis conficit annis.  
Bissenisq; Iouis bisena perambulat astra  
Sidus: at ipse duos graditur Mars amplius annos.  
Sol in se sua per uestigia colligit annum.  
Signa Venus, dubiusq; anno minus amplius Hermes,  
Sed bis quindenis percurrit Luna diebus.

Hinc ortum triplicem nobis posuere priores,  
Quo stellæ ascendunt, obituq; sub æquora pergunt.  
Cosmicus exorto stellas cum sole reducit,  
Cum simul aduersæ tingunt se Tethyos undis.

## LIBER

Occiduo Chronicus surgentes cernit horizon  
Sole, & in opposita stellæ regione cadentes.  
Quin ubi Phœbus equis summo procul axe recessit,  
Incipiunt stellæ sensim apparere minores.  
Mox cum sol propior flammis opera omnia lustrat,  
Astra polo fugiunt, quorum simul agmina cogit  
Lucifer, & cœli statione nouissimus exit.

Vt stellæ in longum primo distare uidentur  
Arietis à puncto, sic has ecliptica monstrat  
Linea signiferi in latum celsisse. Per axem  
Et fortunatas quæ transit linea terras,  
Inde quidem trahitur distantia longa locorum.  
Sed spaciū latum est, quod ab æquatore recedit,  
Atq; poli gradibus respondet ubiq; leuati.  
Declinat sidus, cum distat ab æquidiali.  
Eleuat, ex imo quod in altum mittit horizon.

Messembrinorum quiuis semisse recepto,  
Quindenique gradus, respondent protinus horæ  
Vnius spacio: sex & triginta feruntur:  
Quisq; gradus denos retinet: quantoq; recedit  
Longius à medio noctes æquante diesq;  
Orbe, magis coiens geminum decrescit ad axem,  
Æstiuosq; dies numerosis explicat horis.  
At gradus in longum, sub cyclo scilicet æquo:

PRIMVS.

In latum, stadijs respondet ubiq; locorum  
Quingentis, quorū spacia hæc tibi carmina signant,  
(Quattuor ex granis digitus formabitur unus.  
Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus:  
Quinq; pedes passum faciunt, passus quoq; centum  
Quinq; & uiceni stadium dant: sed miliare  
Octo dabunt stadia, & duplatum dat tibi leucam.)  
Milleq; bis decies passus nunc iura diurnum  
Constituere uia spacium: miliaria forte  
Quattuor, exiguoue minus nostratia reddunt.

Inferior mundus tellure & aqua, aere & igne,  
Dicitur ex primis rerum consistere causis:  
Ex quibus assiduis uicibus modò cuncta creantur,  
In quæ iterum, quicquid natum est, natura resoluit.  
Aëris æthereo uis est stabilita sub igne,  
Quæ sibi dissimilis triplici regione notatur,  
Summa calet, media est gelidissima, proxima utrunq;  
Æstatem ac frigus diuerso tempore sentit.  
Quippe uapor duplex ascendit in aëra, primus  
Crassus & humidior propria grauitate tenetur:  
Aridus atq; calens sine pondere profilit alter.  
Ex humente quidem concrefcere sæpe feruntur  
Hybernæq; niues, matutinæq; pruina,  
Largior & crassis descendens nubibus imber,

## LIBER

Roresq; nebulaeq; & mista grandine nimbi.

E sicco alterna generantur sorte uapore,

Fulgura cum tonitru, rapidi cum fulmine uenti.

Nomina uentorum posthac patriamq; docebo:

Quattuor oppositis ueniunt è partibus orbis,

Quos circum uarij dextra læuaq; feruntur,

Impelluntq; leues aduersis flatibus auras.

Frigidus à summo descendit Aparctias axe,

Circius ad zephyrum, Boreas hunc cingit ad ortum.

Auster ab aduerso pluuias inducit olympo,

Ab Lybe qui dictum, dictum quoq; spectat ab Euro.

Insuper & uerno flat Subsolanus ab ortu,

Solstitium huic sociat retrahentem nubila uentum,

Brumalesq; tropæ uiolentum flatibus Eurum.

Occiduo Zephyrus de cardine spirat, at ipsum

Africus hyberno contingit sole cadente,

Ac simul Argestes æstiuo solstitiali.

Tempus & ad solidam propius descendere terram,

Quæ centro in medio penitus firmata quiescit.

At circum roscis sol uectus ubiq; quadrigis,

Exortu lucem, discessu procreat umbram.

Eclipsimq; facit, si quando corpora lunæ

Obiectu terræ radijs intacta relinquit.

Oppositisq; leuem pingit sub nubibus Irim.

Nec

PRIMVS.

Nec dum etiam solitas diuersis mensibus anni  
 Continuare uices, uariasq; nouare locorum  
 Perpetuo cessat motus discrimine formas.

Longa parallelis est subdita terra duobus,  
 Vnde dies mediam ab reliqua distinguitur horam:  
 Climaq; in oppositis memoratur partibus orbis.  
 Atq; hinc per Meroen, per niloticamq; Sycnen,  
 Et per Alexandri, rhodij quoq; Apollinis urbes,  
 Perq; Hellepontum atq; Borysthenis ostia currunt,  
 Riphæasq; arces, quibus additur ultima Thule.  
 Inde per antithesim contraria climata longas  
 Imparibus spacijs uariant noctesq; diesq;.  
 Quinetiam tellus uaria ratione uocatur,  
 Insula, continuum simul & peninsula, & isthmus.  
 Ac quoreos itidem fluctus, quibus abditus orbis,  
 Oceanum appellant, pelagusq; sinumq; fretumq;.

RVDIMENTORVM COS

mographicorum Liber II.

**N**Vnc quoque terrarum triplices percurrere  
 partes,  
 Europæ, pariterq; Asiæ, Libyæq; calentis  
 Aggrèdiar, priscis miscens noua nomina regnis.  
 Nanq; uelut rerum cursus sub sole per orbem  
 Incertis uicibus nunc huc, nunc fluctuat illuc,  
 Nec retinere ualet stabilem per secula sortem.  
 Sic olim indigenis bello, fame, peste fugatis,  
 Nomina sæpe nouis sunt commutata colonis.  
 Finibus Europæ clauduntur iberica regna,  
 Quæ prima oceanum spectant, solemq; cadentem.  
 Hinc sursum uersus borealia littora Galli,  
 Germaniq; tenent, & gentes Sauromatarum,  
 Quæ Scythiam partim contingunt solis ab ortu:  
 At Scythiam Thraces opibus belloq; superbi,  
 Et Macedum quondam clarissima regna sequuntur,  
 Græcia dehinc notium longe procurrat ad axem,  
 Cui Peloponnesus bimari coniungitur isthmo.  
 Hinc procul ionios exceptans margine fluctus  
 Adrias, illyricis Italos seiungit ab aruis,  
 Europæ medium Dacorumq; regna tenent: mox

Pannoniæ

S E C V N D V S .

Pannonia tellus uicinis iuncta Polonis,  
 Vndiq; terrificis premitur nimis obuia bellis.  
 Principioq; triplex Hispania continet urbes,  
 Batica quas posuit, quæ nunc Granata uocatur:  
 Quasq; Tagus spectat per Lusitanica regna,  
 Quæ modo Castiliæ mutato nomine tellus,  
 Galliciæ simul & Portugallensis habetur.  
 Et quas præcipiti cursu pertransit Iberus,  
 Qui per Nauarram tarracconensia rura  
 Obliquus fugiens, pelagi coniungitur undis.  
 Corduba principio præpollet, & Ispalis urbes,  
 Priscæq; Tartessus, Paxiulia, Compostella,  
 Hinc & Vlysippo simul & Salmantica, moxq;  
 Illipulæ magnæ & geminæ Carthaginis arces,  
 Toletum, infelixq; olim Numantia, Burgis,  
 Mœniæq; Emeritæ, & Gallis uicina Gerunda:  
 Tum Pompeiopolisq; Augusta; cæsaris, atq;  
 Tarraco quæ nomen citimo dedit incluta regno.  
 His iungas ueterem cum Barchinone Saguntum,  
 Dertosamq; urbemq; Valentis nomine dictam,  
 Ac plures alias, ubi non obscura feruntur  
 Flumina, & hesperio recludunt ostia ponto,  
 Bætis, Anas, Doriæq; simul Minijsq; fluenta,  
 Et Tagus auriferis passim sæcundus arenis.

## LIBER

Hic Sacrum, Nerium, promontoriumq; Trileuce  
 Oceano incumbunt: pelago Scombraria, Calpe,  
 Quæ sociam spectat trans æquora stricta columnam.

Gallica Pyrene sublimi uertice regna  
 Hispanis terris discernit solis ab ortu,  
 Quattuor in partes diuisa: Aquitania prima est,  
 Celtica quam sequitur: sed Belgica Narbonensens  
 Desuper arctoïis submotam spectat ab oris.  
 Has nunc alternis uicibus tenuere minores,  
 Gasconij Turonensesq; nouiq; Britanni,  
 Normandi, Franci, Burbonenses & Auerni,  
 Picardi Flandriq;, Hanones ditesq; Brabanti,  
 Campaniq;, & quos Burgundia prisca Sabaudis,  
 Ac Delphinatus pariterq; Prouincia iungunt.  
 Verum Aquitanorum celebres memorabimus urbes:  
 Primaq; Burdegala est, post hanc Genebumq; tenetur,  
 Et Turonensis tellus, & Auaricon, Andes.  
 Luteciam inde colunt, & lugdunensia Celtæ  
 Moenia, sed celsit Rotomagus in ordine Belgis,  
 Et Gandauorum populi, ciuesq; Louani.  
 Tullion hinc Lotharingorum atq; metensia rura  
 Intermixta manent germanis undiq; terris.  
 Cis Rhodanũ Auenion iacet, Allobrogumq; Vienna:  
 Mox Arelas Geneuæq; lacus, Visontion, atq;

Massylia

8  
S E C V N D V S .

Massylia externis quondam constructa colonis.  
 Vltior Narbo, Mons pessulus atq; Tolosa.  
 Sequana post Mosam, Ligeris, fluuiusq; Garumna,  
 Oceani repetunt diuersa per ostia fluctus.  
 In medium pelagus concordi fluminis alueo  
 Ipse Araris Rhodanusq; Isara atq; Druentia currūt.  
 Germanas etiam terras prope flumina Rheni,  
 Atq; alias alio iungam sub sole iacentes.  
 Occiduas partes gens martia Germanorum  
 Heluetij, simul & Vasti colit incola regni:  
 Moxq; Sicambrorum populi, cultiq; Bataui.  
 Cimbrica cum Frisij Septem subiecta trioni  
 Chersonesus habet pomeranos proxima saltus.  
 Slesia sed roseos solis consurgit ad ortus.  
 Inde Morauorum transgressus rura uidebis  
 Austriacos colles & campos uitibus aptos.  
 At Styria scopuli, rarisq; Carinthia campis  
 Australes, tangunt atthesina cacumina: moxq;  
 Heluetiae summis æquandæ nubibus alpes  
 Quattuor in partes aliò currentia fundunt  
 Flumina, Danubiū, Rhenum, Rhodanumq; Padumq;  
 Interiora tenent diuersis Teutones arua  
 Nominibus, iuxta Herciniam cultissima syluam  
 Rhoetia Vindelicos uirtembergensibus agris

## LIBER

Diuidit: Alfaciam post hos Franconia iungit  
Hessorum populis: quin & Turingia Misna  
Saxonas ac Marchos sociat, sed norica tangit  
Oppida, continuis munita Boëmia syluis.

Trans Rhenū celebris Constantia prima tenetur,  
Mox Basilea, simulq; argentiniensia rura.  
Treueris inde uetus maguntinensibus aruis  
Iungit Aquisgranum agrippinensesq; colonos.  
Geldria, Traiectum pariterq; Antuerpia magno  
Vicine oceano, cis Rhenum plurima passim  
Oppida respiciunt Frysiarum ac Vestfala rura.  
Lipsia Brunsvigam gelidas hinc spectat ad arctos,  
Casiliam ad zephyrum, disiunctos rursus ad amnes  
Hinc atq; hinc geminam Francfurti dispicit urbem.  
Ast Erfordensi succedit proxima tractu  
Herbipolis, simul & uicinior Vlma Tubingæ.  
Norica metropolis post has, & Praga sequuntur,  
Breslaq; Lubecumq; ac Vitemberga: sed ultra  
Danubium, tepidoq; habitata propinquius austro,  
Grecia, Villacumq;, Oeniq; cacumina pontis.  
Hisq; Salisburgam socias, pulchramq; Viennam,  
Cumq; Ratispona Monachum: dehinc Vindelicorum  
Augustam placet, & patauinas addere ripas.  
His quoq; largiflui fontes miscentur & amnes:

## S E C V N D V S.

Ad boream currunt Amasus, Visurgis & Albis,  
 Rhenus, & hinc Odera, ac popularis utriq; Sueuus.  
 Danubius reliquos secum deducit ad ortum.

At nunc sarmaticos campos Scythiamq; niualem  
 Cis Tanaim fluumium & Mæotidis ampla paludis  
 Aequora, sub stellis geminæ lustrabimus Vrsæ.  
 Hanc terram primum ueteres coluere Agathyrsi,  
 Et cum Thyssagetis Nomades, rigidiq; Georgi,  
 Quin & Hamaxobij plaustris sine sede uagantes,  
 Basternæq; Getæq; sagittiferiq; Geloni.

Insuper Euxino propior gens Taurica ponto,  
 Taurica supra alias quondam seuissima gentes:  
 Sed cultus terræ postremis mitior annis  
 Contigit. Hesperia partem, zephyrisq; propinquam  
 Nunc propria duplices retinent ditione Poloni,  
 Et quæ sarmatico coniuncta est Prussia ponto.

At Massouitas simul & Samogitia rura,  
 Ad boream accliu sequitur Liuonia tractu.  
 Nec procul hippophagis affinis Russia Moschis,  
 Iunctaq; lithuanos tangit Podolia saltus.

Est etiam extremo quædam sub cardine tellus,  
 Ac Noriuegorum glaciali proxima ponto  
 Littora, & indomitæ contermina Suetia Gottis,  
 Scanorumq; rigens arctoo frigore tractus.

## LIBER

Sed tamen & cælo propiora fruuntur iniquo  
 Oppida, riphæis nimis infestata pruinis.  
 Atq; ideo raræ indigenis cultoribus urbes,  
 Quas inter celebris Posnania prima plocenses  
 Dantiscosq; pari discernit limite campos.  
 Inde toronensi Mons regius additur urbi,  
 Moxq; propinqua Rigæ mariæburgensibus agris  
 Littora, sarmaticiq; caput Cracouia regni:  
 Quin & lublinæ sociata Premislia terræ,  
 Vilna quoq; & propior Leoburga tepêtibus austris.  
 Istula præterea, liquidiq; Borysthenis unda,  
 Plur aq; per Scythicas currunt sine nomine terras  
 Flumina, stagnantesq; augent remorata paludes.  
 Sed iam tempus erit propiores uisere partes,  
 Pannoniam Illyriamq; simul, Thracenq; cruenti  
 Mauortis patriam, nimum niniumq; propinquos  
 Dalmatiæ fines, uastatamq; undiq; Bosnam.  
 Mysorum inde solum, Dacorumq; oppida: quæ nunc  
 Moldauiq; tenent, transalpiniq; Valachi.  
 Et quæ carpathio septem circundedit arces  
 Vertice, bulgaricis modò Transyluania terris  
 Haud multum disclusa. Sed enumerabimus urbes:  
 Regia budensis prima est, mox Agria, post quam  
 Cremnicia montes, posonensiaq; arua sequuntur,

SECUNDVS.

t cum strigonis Cassouia prisca colonis.  
 is quoq; Bellogradum, & regalem iungimus Albã,  
 mporiumq; simul Varadini, atq; alta Cibini  
 œnia, præcipitiq; sitam sub monte Coronam,  
 quam primam Europæ Christi documenta sequentẽ  
 ol oriens radijs lustrat propioribus urbem.  
 iox Adrianopolis Sophiæ uicinior aruis,  
 icopolisq; triplex iacet, & Selymbria, Varna:  
 de Liburnorum Scardona, simulq; Ragusi,  
 uaq; tenent Ponti bizantia littora fauces.  
 uid memorem Anchialonq; Heracleãq; Perinthũq;  
 bderamq; Maroneamq; & Olynthon & Aenon,  
 allipolimq;, & quæ sociant freta Seston Abydo,  
 tq; alias, quarum iam nil nisi nomina restant  
 nõ etiam patrijs nunc uix hærenus in oris.  
 on tamen antiqui desunt regionibus amnes.  
 anubius secum defert Oenumq; Lycumq;,  
 ermanos fluuios: sed aquæ septemplexis Istri  
 omine mutato decliuibus undiq; ripis  
 æcipitem Drauum ac Sauum, placidumq; Tibiscũ,  
 t patrium simul in Pontum comitantur Alutham.  
 rymonis Aegæo, Nesiãq; Hebrãq; fluuenta  
 iscentur pelago. Montes quoq; partibus illis,  
 ararus & Rhodope, coniunctusq; Orbelus Hæmo,

## LIBER

Et qui dalmaticis late discernit ab oris  
Rascenses populos sinuoso uertice Scardus.

Uterior Maccdum tellus, quondā incluta regna,  
Continet Albanos, mox Pæonas atq; Pelasgos,  
Emathie campos quoq; Mygdoniæq; recessus.  
Has prope thessalicis Magnesia iungitur agris.  
Doris item spectat locrensia rura, sed ultra  
Proximat Aonijs phocensis & attica tellus.  
Trans Isthmum Aetholi simul & uicinus Acarnan,  
Epirusq; iacet, uarijs distincta colonis.  
Atq; hæc prisca quidem, nunc Turcia tota uocatur,  
Helladis at uix dum uestigia parua supersunt.  
Quin igitur ueteres potius celebrabimus urbes:  
Primaq; Dyrrachiū est, urbisq; ab Apolline dictæ  
Moenia, Pieriæq; domus gratissima musis.  
Hinc Hypatæ Phthiæq; & larissæ sequuntur  
Oppida, mox & Opus, & Pella insignis alumnis,  
Et quæ prima fidem nostrum diffudit in orbem,  
Amphipolisq; simul, necnon Berrœa Philippiq;  
Et Thebæ Baccho celebres, & Apolline Delphi.  
Aulidis hinc portus, Megara & cerealis Eleusis,  
Tum proprium diuæ cognomen & urbis Athenæ.  
His quoq; Naupactum, Anticyrâ & calydonia rura,  
Leucadaq; Ambraciamq; simul, glandisq; feracem  
Dodonam,

SECUNDVS.

Dodonam, & celsam Bithroti iungimus urbem.  
 Per macedum fines pelagi petit Axius undas:  
 Nec procul et Chabrius rapidiq; haliacmonis amnis,  
 Peneusq; fluens medius per thessala Tempe:  
 Sperchij Ismeni q; uadum, Cephisus, & acer  
 Illissus, crebrasq; urgens Achelous arenas.  
 Quinetiam uarij celebrantur in Hellade montes:  
 Pelius, Othrys, Athos, & fato nobilis Oeta  
 Herculis, & bijugo Parnasi uertice colles:  
 Virgineusq; Helicon, natusq; ad sacra Cithæron,  
 Ossaq; cum Pindo, maiorq; ambobus Olympus.  
 Hinc spectant Adriæ prærupta Ceraunia fluctus,  
 Sunion Aegæum. Sed uastas carmine terras  
 Helladis emensi, bimarem transibimus isthmum.  
 Ac simul argolicas & achæidas atq; Laconum,  
 Et Peloponnesi reliquas per littora gentes,  
 Urbibus ex proprijs dictas lustremus, & intus  
 Arcadas antiquos: quibus adijciuntur & urbes,  
 Argosq; Sparteq; agamemnoniæq; Mycenæ:  
 Mox Epidaurus adest, & nobilis ære Corinthus,  
 Olenus & Sicyon, Patræq; humilesq; Cleonæ,  
 Gythion ac Trœzen, Messene, notaq; Lerne.  
 Inde Methonæ, Pylus. Pisarum atq; Elidis urbes,  
 Mantinæ, Tegeæ, Megalipoleosq; coloni.

LIBER

Inachus argolicos campos, Aſopus achiuos,  
 Eurotas cultus Lacedæmonis irrigat agros:  
 Nec procul Alpheus lapſus ſubter mare, qui poſt  
 Ore Arethufa tuo ſiculis confunditur undis.  
 Arcadiam illuſtres incingunt undiq; montes,  
 Menala, Taygetus, Pholoë ac ſtymphalides umbræ,  
 Et cum Cylleno gelidi pineta Lycei.  
 In mare Spiræum tendit, Malcæq; ſurentis  
 Aëſtus, & Acritas ac Tenarus oſtia Ditis.

Hesperios procul hinc tractus, atq; itala regna  
 Incingit mare quod ſuprà, quodq; alluit infrà:  
 Sed mediam duplices ſecat Appenninus utrinq;  
 Auſoniam in partes. Adriam littusq; ſiniſtrum  
 Cum Carnis Venetiq; colunt, Galli q; togati,  
 Umbri Picentesq; uiri, priſciq; Sabini,  
 Pelignosq; ſequens Frentanus & Appulus agros.  
 Hic ſalentini calabriq; per oppida campi,  
 Magnaq; in auſonijs habitat Græcia terris.  
 Brucia Lucanos tyrreno littore primos,  
 Et Campanorum letos circum æquora colles,  
 Volſcorumq; domos ſpectat, ueteresq; Latinos,  
 Hinc Ligurum populos, Hetrufcorumq; penates,  
 Inſubriumq; agros, ſpaciſosq; inſuper urbes:  
 Quæq; tenent Veneti munita palatia ciues,

Et

S E C V N D V S .

12

Et Mutinæ Patauiq; arces, ditisq; Rauennæ:  
 Histrorum inde iacent Tergeste, Aquileia tractus  
 Ultra Ancona mari spectata, Bononia campis,  
 Mox & Ariminon & Ferraria, Nursia, Sulmo,  
 Sipuntum atq; amiterna domus, uenusinaq; rura,  
 Brundisium Hidruntumq; propinquaq; tecta Crotonis.  
 Inde tarentinæ Metapontum iungimus urbi,  
 Rhegion ac Locros, biferiq; rosaria Pæsti,  
 Sirenum scopulos, promontoriumq; Mineruæ,  
 Surrentum, Capuam atq; altum Præneste, Salernum,  
 Parthenopesq; arcem, & cumæa templa Sibyllæ,  
 Nuceriæ & Nolæ beneuentanosq; colonos,  
 Antiphataq; domum, & circeæ littora terræ.  
 Mox Caieta iacet, Sinuessaq; Tybur, Aquinum,  
 Ardeaq; & rerum quondam pulcherrima Roma,  
 Roma caput mundi: perusinaq; rura sequuntur,  
 Et florentinis immixtus mœnibus Arnus.  
 Nec Mediulani pulchram reticebimus arcem,  
 Dertonam Ticinumq; simul, Genuamq; superbam,  
 Tridentum Pisanq; urbem, ueteremq; Cremonam,  
 Mantua quam sequitur, Verona, Placentia, Parma,  
 Atq; aliæ plures, quas præterlabitur amnis  
 Eridanus, post hunc Rubicon præcepsq; Timauus:  
 Hinc Tifernus, & hirpinis è montibus ortus

L I B E R

Aufidus: ac tuscum qui deuoluuntur in æquor,  
 Vulturususq; celer, Silari Sarniq; fluenta,  
 Cuiq; fuit rerum concessa potentia, Tiberis.  
 Sed quis finis erit, si prosequar omnia uerbis  
 Oppida, & apricos colles, syluasq; lacusq;  
 Fluminaq; & campos, sinuososq; undiq; portus?  
 Omnia sunt fama totum uulgata per orbem.

R V D I M E N T O R V M C O S

mographicorum Liber III.

**H**Actenus Europæ lustratis ordine regnis,  
 Et procul hinc uētis immēsa per æquora uecti,  
 Tandem Asiæ magnæ populos uideamus & urbes.  
 Hanc late triplici contingens littore uastus  
 Alluit oceanus. Zephyris obuersa tenetur  
 Incluta Syrorum tellus, Asiæq; minoris  
 Portio, & antiquo notissima carmine Colchis.  
 Tum uariæ gentes passim deserta Scytharum,  
 Mox etiam tenui felices uellere Seres,  
 Tartariciq; tenent borealia rura coloni.  
 Hinc oriens Scythiam trans celsum spectat Imaum,  
 Regnaq; trans latum quæ restant indica Gangem.  
 Quinetiam interior longe procurrit ad austrum  
 India, carmanisq; propinqua Gedrosia terris.

Persidis

T E R T I V S .

*Perfidis inde solum sequitur, chaldaeaq; regna,  
 Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.  
 Multae intus gentes celebres, populiq; potentes  
 Terrarum uarios sparsim tenuere recessus.*

*Sed nos iam Syriae pennis aduersa fauoni  
 Littoraq; & terram lustremus melle fluentem.  
 Prima Palestinam Sirbonidis alluit unda,  
 Mox & oliuiferis Iudaeae collibus, illinc  
 Phoenissas pariter gentes, Apamenaq; rura,  
 Verum hinc palmiferam prorsus sociabis Idumen.  
 At Galileorum spaciofo limite fines  
 Latifluus Iordan scindit Trachonitidis aruis.  
 Interiusq; solum bis quinis urbibus aptum,  
 Hinc Coelen syriam, hinc Castotidis aspicit agros:  
 Insuper & mediam concludunt flumine terram  
 Tigris & Euphrates, qui per babylonica lapsi  
 Moenia, uoluntur sinuosum in Persidis aequor.  
 Sunt etiam egregiae dictis regionibus urbes,  
 Ascalo & Antipatris, pariterq; azotia rura,  
 Et samaritanis habitata Sebastia colonis.  
 His sacram Solymorum aedem, Gazamq; potentem,  
 Cesaream duplicem, & priscam iungemus Ioppen,  
 Cum Sidone Tyrum celebrem, et Ptolemaidis urbem,  
 Beriton ac Tripolim, Myriandron, Laodiceam,*

LIBER

Tiberij, atq; alias galilæi littoris arces,  
 Et Gadarenorum fines, urbemq; Scytharum.  
 Nec procul Europum claramq; uidebis Edessam,  
 Nisibim, & latio maculatas sanguine Carras.  
 Est quoq; diuersis non una Seleucia terris,  
 Prima tenet littus, medios colit altera campos.  
 Palmyra deinde subest, Hierapoleosq; coloni.  
 Antiochia duplex, quarum accolit altera Taurum,  
 Altera per medium labentem cernit Orontem.  
 Chrysoreas pulchro præterfluit anne Damascum.  
 Iordanisq; sacer geminis è fontibus ortus,  
 Per lætas ualles & amœnos undiq; saltus  
 Tandem Asphaltitæ diris immergitur undis.  
 Hoc tractu quondam Deus impietate superbas  
 Sulfureis flammis Sodomorum perdidit urbes.  
 Et Iericunta quidem similis uindicta secuta est:  
 Totaq; nunc regio præscis uiduata colonis,  
 Obruta desertis uestigia querit in agris,  
 At nunc præcipuos uideamus in ordine montes,  
 Fœcundum cedris Libanum, celebrataq; sama  
 Carmeli iuga: mox è quo Deus ipse tremendo  
 Fulgure cum tonitru lapsus perterruit orbem.  
 Inde duplex Casius geminato uertice surgens,  
 Hunc pelusiaca, inde Seleuci iungitur urbi.

Verum

TERTIVS.

14

Verum age nunc tandē portas superemus Amanī,  
 Ac primos Cilicum populos, Asiaēq; minoris  
 Littora, & internos peragremus ubiq; recessus:  
 Pamphyliam & Lycias urbes, Lyciāq; propinquos  
 Caras, & aegæi confines æquoris agros:  
 Ioniæ clarasq; domos, Lydosq; penates,  
 Aeolidosq; & Mysorum quondam inclyta rura.  
 Hinc rhetœa iacent Phrygiæ clarissima bello  
 Littora, principiumq; Propontidis Hellepontus:  
 Mox Bithinorum fines, quâ strictior alter  
 Bosphorus euxinum pontum concludit: at ultrâ  
 Paphlagonum tellus coniuncta est Leucosyrorum,  
 Cappadocum & Chalybū ferri prægnantibus agris.  
 Inde Lycaoniæ Pisidarumq; arua, simulq;  
 Mæones & Galatæ medios tenuere recessus.  
 Verum ea barbarie nunc tam confusa premuntur,  
 Vt neq; sint noti fines, neq; mœnia terris:  
 Atq; ideo ueteres urbes, & prisca locorum  
 Nomina, & insignem quondam celebrabimus Iffum,  
 Mox intus Cydni diuisam flumine Tharsum,  
 Et crassam Soloen Pompei nomine dictam,  
 Corycianq; urbem pariter portumq; specumq;  
 Nec procul Aspendus ripas tenet Eurymedontis.  
 Hic etiam attalicis colitur uicina colonis

## LIBER

Cynthia pergensis simul & patareus Apollo.  
 Inde Cragiꝑ: iugum, nocturnoꝑ: igne Chimæran  
 Terribilem, & Xanthi flauas linquamus arenas:  
 Piscosamꝑ: Gnidon potius, claramꝑ: sepulchro,  
 Urbem Halicarnassum, & Mausoli nomine regis,  
 Argæiꝑ: alias memoremus littoris urbes:  
 Ionicæꝑ: caput gentis, celebremꝑ: uirorum  
 Milton patriam, & Mycales sub rupe Prienen,  
 Cum Colophone Ephesum Latoidos æde superbam.  
 Hinc Sardi coniuncta tenent uineta Timoli,  
 Clazomene littus, sinuosos Smyrna recessus.  
 Interius Thrallis, Philadelphia, Laodicea,  
 Pergamus ac Thyatira: sed & clarissima rerum  
 Troia sub idæis radicibus, unde Scamandri  
 Et Simoentis aquæ uoluuntur in Hellepontum.  
 Antandrus posthac subit, inꝑ: Propontidis oris  
 Cyzicus, extremoꝑ: iacens Nicomedia Ponto.  
 Hanc supra ad boream sunt & chalcedones agri,  
 Atꝑ: heraclei fines, ubi dicitur olim  
 Cerberon Alcides ferro durisꝑ: cathenis  
 Ex Acheronte imo superas traxisse sub auras.  
 Nicæam Ascanius, sed Prusam illustrat Olymp s.  
 Inde cythoriaco cum monte uidebis Amastrim,  
 Et teuthranteos fines, notamꝑ: Carambin:

Moxq; Sinopenses medijs spectantur Amisſi  
 Partibus, irriguisq; affueta Themiscyra campis,  
 Hic & Amazonidum prope flumina Thermodoontis  
 Castra fuisse ferunt: extrema in littora Ponti  
 Vertice montano Trapeſus incluſa receſſit.  
 Interiore Sebaſtopoliſq; & Amaſia tractu,  
 Ancyra & Iconium, Derbe, cumq; urbibus amplis  
 Antiochenorum, uix nota parte coluntur.  
 Hic tamen Aegæo curuis illabitur undis  
 Meander, ſimul & cantu celebrata Cayſtri  
 Flumina, Pactolo coniungitur aurifer Hermus:  
 Vorticibusq; altis remorata fluenta Caici,  
 Atq; alij ſubeunt non parui nominis amnes.  
 Parthenius poſthac, & Haly uicinior Iris,  
 Sangariusq; petunt Euxini littora ponti.

His tamen omiſſis pariles uideamus ad ortum  
 Armeniae tractus, præſecturasq; potentes,  
 Et Paryedri altos apices, montesq; Ceraunos:  
 Ulteriusq; auro celebratam & uellere Colchin.  
 Aſt Albanorum medios includit Iberos  
 Planicies, ſinem Cyro quæ ducit ab amne,  
 Et premit eoas hircano littore partes.  
 Samofata Euphratis ripas, melitenaq; rura,  
 Tigranocerta tenet colles, Artaxata campos.

## LIBER

*Caspia quæ præcep̄s ad littora fertur Araxes.*  
*Inde Dioscorias in finibus Henochorum,*  
*Mercibus externis & uocum mille figuris*  
*Incluta, latifluas despectat Phasidis undas.*  
*Nec procul Hermonassa uetus, uinclisq; Promethei*  
*Caucasus, ac niuibus syluisq; grauatus opacis.*  
*Essedones Colchis accedunt, moxq; Coraxi,*  
*Cimmeriæq; graui pressæ caligine terræ.*  
*Inde Melanchlænis Mæotidos accola Sindon*  
*Iungit Iaxamatas Scythici prope fluminis oram.*  
*Quin & Hyperboreos montes, Scythiæq; niualis*  
*Interiora tenent uariæ sine limite gentes.*  
*Prima Arimassorum Gryphis inimica propago,*  
*Finitimi quoq; amazonicæ telluris Alani:*  
*Adde & Aremphæos Iaxartarumq; recessus,*  
*Hippophagos anthropohagosq; galactophagosq;*  
*Quiq; intus folijs depectunt uellera Seres.*  
*Multaq; præterea Scythicæ cognomina gentis,*  
*Quas procul à Tanai boreali parte iacentes,*  
*Immensus median percurrens asida terram*  
*Taurus ad extremum discludere dicitur ortum:*  
*Taurus, qui dites populos terrasq; potentes*  
*Indorum tepidos late speculatur ad austros.*  
*Hic iacet empirijs tellus opulenta marinis,*

Fertilis

SECUNDVS.

16

Fertilis omnigenum rerum: semperq; uirenti  
 Fronde nemus bifera crebros parit arbore fructus,  
 Multaq; uastarum nutrit portenta ferarum.  
 Nullæ illic hyemes, sed sol æstate perenni  
 Vicinis radijs uernantia temperat arua.  
 Atq; ideo multæ gentes & maxima regna,  
 Sinarumq; solum & Chryse peninsula. sed quis  
 Omnia barbarici tractus longeq; remoti  
 Nomina, tam tenui ualeat percurrere uersus  
 Indica cis rapidum spaciofo flumine Gangem  
 Terra, Palimbotrosq; Chelonophagosq; colonos,  
 Bracmanesq; tenet, mox duros Gymnosophistas,  
 Bucephalæq; urbis fines, Nisamq; superbam,  
 Quam Bacchus quondam primis orientis in oris  
 Condidit: at Macedo non inferiora reliquit  
 Oppida, transgrediens armis uictoricibus Indum.  
 Haud procul oceani per littora flexa, Gedrosi,  
 Carmaniq; iacent, & florentissima regna  
 Persidis: ulterius Chaldaeorumq; penates,  
 Orchoa Persepolisq; simulq; Hecatompylós urbes,  
 Susarumq; arces, babylonicaq; arua coluntur.  
 Ast in secessu duplici circumdata tellus  
 Aequore, petraeos montes, desertaq; passim  
 Iugera, felicesq; Arabum distinguere campos

## LIBER

Dicitur: hæc Nabatæorum procul intus ad ortus,  
 Panchæumq; solum, Pygnæorumq; phalanges  
 Terribiles gruibus spectat, pinguesq; Sabæos.  
 Hæc thuris lacrymas & odores pascit amomi,  
 Cynnamaq; costumq; simul casiaq; saporem,  
 Et nardi fruticem, ac stillantem cortice myrram.  
 Nunc Sarraceni redolentibus undiq; campis  
 Rura tenent, Mechaq; superstitione potentem,  
 Atq; alias celebres dictis in partibus urbes.  
 Sed nos hircani repetemus littoris oram,  
 Assyrios, Medos, Hircanorumq; colonos,  
 Cyropolinq; arcem, Niniq; ad Tigridis undas  
 Mœnia, & Ecbatanis iunctam Ctesiphonta uetustis,  
 Arsaciaq; urbis tractum, longeq; remotos  
 Bactrorum populos, Paropanisdumq; recessus.  
 His Arianorum gentes, Parthosq; fugaces,  
 Sacharumq; domos, arachosiaq; insuper arua:  
 Multaq; si libeat, latiae non cognita linguae  
 Opyida, iam dictis poteris coniungere terris.

Africa nunc sequitur seruore notabilis ipso,  
 Vasta, minusq; frequens, tantum foecunda ferarum.  
 Interius quàm sol medius nullas iacit umbras,  
 Vruntur flammis, siccisq; teguntur arenis  
 Deserti tetro serpentum afflamine campi:

Quodq;

TERTIVS

Quodq; die, solis uiolento incanduit aestu,  
 Humida nox reficit, paribusq; refrigerat horis.  
 Sed notam libyci peragrantes littoris oram,  
 Solis ab occasu, solis uideamus ad ortum:  
 Anteiq; domum Tmgin, constructaq; Mauris  
 Oppida, tum stellas humeris Atlanta ferentem:  
 Vnde Molucha fluit, Maluaq; propinquior unda.  
 Hic simul Icosium Cartennaq; arua coluntur,  
 Pluresq; indigenis noti cognominis urbes.  
 At numidas fines praeterfluit Amsaga: post quem  
 Hipponis geminae Colopisq; uidebis utrinq;  
 Maenia, Rusfadaq; solum, sedemq; Siphacis  
 Longius a pelago Cyrtam, & quos Tabraca campos  
 Incolit: hinc Vticam & magnae Carthaginis urbem  
 Bragada limitibus nimum discernit iniquis.  
 Mox geminae Leptis tractus, Syrtiq; propinqua  
 Clupea cum Taphris, ubi fundit in aequora Triton  
 Collectas fluuio ternisq; paludibus undas.  
 Hic circum gentes Nasamonum, punica late  
 Terra patet: mirumq; nimis quod inhospita Syrtis  
 Littora Lotophagum diris incingit arenis.  
 Proximus hinc sequitur Cinyps, araq; Philenon.  
 Mox ad deucum penitus Catabatmon habebis  
 Pentapolis tractum, & claram Ptolemaidis urbem,

## LIBER

Hesperiam, Arfinoenq; simul, mediamq; Cyrenen,  
 Ammonisq; domum, & geminã procul intus Oasim.  
 Marmaridæ posthac passim sine moenibus ullis  
 Vilia dispersi subeunt magalia ciues.  
 Inde Parætonium, marcoticãq; arua sequuntur,  
 Cum campis Aegypte tuis, qui littora rubri  
 Vasta tenent pelagi, longoq; ex ordine tractu  
 Aethiopum terris patrium clauduntur ad austrum.  
 Hic perhibent moles per iugera multa iacentes  
 Pyramidum celsas superare cacumine nubes.  
 Hic Psammettichi regis labyrinthius error:  
 Pluraq; non minus his extant memorãda, sed ultro  
 Urbis Alexandri pariter, ueterisq; Canopi,  
 Et pelusiacæ gentis prope littora fines,  
 Ac procul à pelago celebres recitabimus urbes:  
 Antiquæ Memphi iunctam Babylona recentem,  
 Bubasti, Taneos, clarãq; Hyperionis arcem,  
 Hermopolinq;, Cynonq; polin: mox deinde uidebis  
 Intus ubi Nilus Cancri secat astra, Syenen,  
 Centifores Thebas, cultãq; Diospolis aulam,  
 Et crocodileis exercita Tentyra monstris,  
 Omnigenumq; deũ dictis procul oppida terris.  
 Inde sub Aegypto minus hospita solis ob æstum  
 Terra iacet campi longe lateq; patentis,

Monstrorum

18

TERTIVS.

Monstrorum domus, & rapidis loca subdita flammis.  
 Decolor Aethiopum populus per littora sparsim  
 Obtinet arduos vario cognomine tractus.  
 Troglodytarum cultis hac parte cauernis  
 Lucifero primi Blemya iunguntur ab ortu.  
 Ast Agisimba procul gelidis discedit ab arctis,  
 Atq; umbras rerum vicinos iactat in austos.  
 Hic memorant Nilum Lunæ de montibus ortum,  
 Per uarios riuos uastisq; paludibus auctos,  
 Hinc Elephantinamq; urbem, lateq; patentem  
 In medio Meroën concludere: proxima sed post  
 Aegyptus latis spaciantem flumine campis  
 In pelagus Pharium septena per ostia fundit.  
 Interius deserta tenent nudi Garamantes,  
 Mox Elephantophagiq; Anthropophagiq; feruntur,  
 Et Gamphasantes timidi, Satyriq; petulci.  
 At procul hesperium late per littora tractum  
 Atlantesq; feri, Getulorumq; coloni,  
 Nigritæq; habitant, simul & phaurusia pubes:  
 Insuper & plures alibi: sed promptius altis  
 Nubibus, & nitidis dederim cognomina stellis:  
 Quam totidem populos, linguas, faciesq; locorum,  
 Regnaq; terrarum, cumq; ipsis oppida campis,  
 Apricos montes, & opacas undiq; syluas,

LIBER

Stagnantesq; lacus, & crebri uorticis amnes,  
 Littoraq; & gratos possim comprehendere portus.  
 His tamen è multis uariarum nomine rerum  
 Percurri breuiter mixtas regionibus urbes.  
 Quarum pars superest prisco sub nomine, pars est  
 Excidijs deleta: locisq; manentibus iisdem,  
 Per totidem linguas & secula temporis acti  
 Nomina diuersis causis mutata feruntur.

Nunc locus oceani, quæ sunt à Gadibus usq;  
 Auroram, & totum quæ circumplectitur orbem  
 Nereus, æquoreis ambitas dicere terras  
 Fluctibus. extremo terrarum sine coluntur  
 Cassiteri uenæ celebres grauiore metallo.  
 At procul Hybernis succedunt anglica regna,  
 Littoribus Scotiæ coniuncta: sed Anglia primam  
 Londinum, & claras per littora continet urbes.  
 Orcades hinc multæ numerantur, & ultima Thule,  
 Atq; in secessu propior selandia tellus.  
 Vltior scythicus boreali frigore pontus  
 Horret inaccessus glacie densisq; pruinis.  
 Multæ autem terræ solis redeuntis ad ortus  
 Vndiq; laudatis habitantur in æquore campis:  
 Sed uix nomen habent peregrinis uersibus aptum.  
 Taprobaneq; orbis medium sortita recessum,

Lucibus

TERTIVS.

19

Lucibus æquatis depressos conspicit axes.  
 Hanc circum oceano uariarum altrice ferarum,  
 Quin & erythræo plures memorantur in alto.  
 Gorgonis hinc sedes, & inhospita tecta Medusæ  
 Hesperio tractu surgunt: mox arua beata,  
 Et fortunata sparsa sine semine terræ.  
 Est etiam ulterius non uisa prioribus annis  
 Insula, diues opum cultuq; immanis agresti,  
 Quam lucri studium, rerumq; cupido nouarum  
 Prima sub extremo conspexit sole cadente.

Ille tamen ualeant: iam nunc propiora sequuntur,  
 Herculeoq; freto positis utrinq; columnis,  
 Intromissa fluunt per apertas æquora terras,  
 Extantesq; uagis campos mirantur in undis.  
 In primis Ophusa mari consurgit iberò,  
 Cumq; ebusitanis balearica regna colonis,  
 Atq; aliæ plures passim sine honore iacentes.  
 At breuibus spacijs despectat corsica tellus  
 Littora Sardinie: tyrrenum deinde per æquor  
 Pontia cum Prochyta, Caprea, Planasia: moxq;  
 Scylla ferox canibus, simul & zanclea Charybdis,  
 Ausonia siculeq; tenent confinia terræ.  
 Inde Pithecusæ, Lipara & Vulcamia, post quas  
 Strongyle, & innumera penitus uisuntur in alto

LIBER

Insule: ante alias sed enim præstantior (olim  
 Cyclopum Cererisq; domus) Trinacria montes  
 Finibus extremis diuersa per æquora fundit,  
 Cumq; Peloriade Lilyben, uastumq; Pachinum:  
 Interius celebrem flammis uiuacibus Aethnam,  
 Atq; Erycis templum, & claras amplectitur urbes,  
 Messanam, Catinam simul & megarensia rura,  
 Cumq; Siracufis Drepanum, notamq; Panormum,  
 Tauromenon, camerinã, agrigenta, leontion, hiblam.  
 Sunt etiam adriaco Diomedis nomine dictæ,  
 Et quas ionium late circumfluit æquor,  
 Phæacum sedes Corcyra, & littus Echine.  
 Insula mox Cephalenorũ, & nemorosa Zacynthus,  
 Illustrisq; Ithaca, & Strophades quas dira Celeno,  
 Harpyæq; aliæ quondam tenuisse feruntur.  
 Hinc Theganusa iacet, Veneriq; dicata Cythera,  
 Insuper & Salamis, propiorq; Aegina: sed intus  
 Myrtoum Sporades fluctu circumsonat æquor,  
 Nisyron, Olearon, Theram, Melonq; rotundam,  
 Syron & Hippurim, Pathmon, uiridemq; Donyfam:  
 Inde Lebynthon & Icariam, sparsasq; per altum  
 Cycladas, albentemq; Paron, planamq; Scriphon,  
 Mox Delon Mycone celsa Gyaroq; reuinctam,  
 Florememq; Cythnon, Sicion, sacramq; Lyæo

Naxon,

## TERTIVS.

Naxos, & hinc siphnō, rhenē, mox tenon & andron.  
 Separat aonijs procul hinc Euripus ab oris  
 Euboicas urbes, Chalcin, niueamq; Caryston,  
 Ceneiq; iugum, infidumq; Capharea nautis.  
 Adde tot Aegæo distinctas æquore terras,  
 Sciathon, & nitidis letam Peparethon oliuis,  
 Tum Scopelon, Scyrum, & Vulcani mœnia Lemni,  
 Threiciamq; Samū, Tenedon, mox Chion & Imbron,  
 Et mityleneam spaciofo littore Lesbon,  
 Iunonisq; domum, sed & astypaleia rura,  
 Carpathijq; maris Rhodiorum & Apollinis urbes,  
 Lyndon, Ielyssonq; simul, ueteremq; Camyron.  
 Illustrant etiam Creten hecatompolin urbes,  
 Lyctus & hinc Gnosus, Cydon, Gortyna, Lycastus,  
 Atq; aliæ, quarum uix nomina nota supersunt:  
 Ida Iouis cunæ, & dictæi culmina montis,  
 Hisq; Samonion adiunges, Criuq; metopon.  
 Issicus inde sinus Cypri complectitur urbes,  
 Cū Salamine Paphū, grauidāq; Amathūta metallis.  
 Sed quid nota sequor: multæ sine lege iacentes  
 Insulæ oceano in magno, medioq; profundo,  
 Partim homini cultæ, partim deserta ferarum  
 Pascua, neglectis pelagi clauduntur in oris:  
 Quædam iam celebres, olim sine nomine terræ,

LIBER

Multarum nec honor prisca, neq; nomen habetur,  
Sed libet hoc portu fessas subducere naues.

RVDIMENTORVM COS-

mographicorum Liber III.

POSTquam præcipuis cæli terræq; marisq;  
Partibus inuecti, uerboq; creata potenti,  
Humanæq; manus monumenta stupemus & artem:  
Nunc propiora sequi, mundumq; uidere minorem,  
Et quicquid propter talem deus ipse creauit,  
Ingeniumq; hominis longo quæ repperit usu  
Dicere pergemus: superent modò nomina rebus.  
Principio terræ dominum, rerumq; potentem,  
Præstantem specie, fortunatumq; superni  
Numinis aspectu, quamuis damnauerit error  
Impius, & diæ subiecit corpora morti:  
Non tamen ingenuæ penitus uestigia formæ,  
Nec data cesserunt diuinæ semina mentis:  
Quæ solus nouit, solus scrutatur ab alto,  
Qui regit affectus uarios, animisq; uigorem  
Suggerit, & corpus magnis uirtutibus implet,  
At nobis breuiter, quæ sensibus undiq; nostris  
Occurrunt notæ referentur carmine partes  
Corporis, & summo quæ sunt à uertice membra.

Sanguis,

QVARTVS.

Sanguis, adeps, cerebrū & pingui cū carne medullā  
 Venarūq; uiaē graciles, arteria, nerui,  
 Ossaq; membranæ, sudoriferiq; meatus,  
 Et cum uisceribus distinctæ in corpore fibræ.  
 Moxq; decus capitis uultus, geminæq; lucernæ  
 Corporis, & custos teneræ palpebra pupillæ.  
 Occiput atq; aures, cilium, caluaria, nasus,  
 Maxillæ duplices, & frons sacra pudori,  
 Temporaq; & nares, calamistratiq; capilli,  
 Elatumq; supercilium, promissaq; barba.  
 Mandibulamq; tegens mentum, labiumq; decorum,  
 Os hominis, rostrumq; auium, rictusq; ferarum.  
 Hinc guttur subit, atq; imo tonsilla palato,  
 Et gula dependens à faucibus, inq; recuruis  
 Gingiuis dentes, septæ munimina linguæ.  
 Affinis iugulo ceruix, collumq; superbum,  
 Spinaq; uertebriis toto firmissima dorso,  
 Brachia cum scapulis, humerus, manus, ulna, lacertus,  
 Musculus, axillæq; cauæ, cubitiq; sequentes,  
 Palmaq; cum digitis, index cum pollice, uerpus,  
 Sinciput atq; uterus, cutis, & cum uentre papilla,  
 Et uentris medium, atq; extremi corporis ungues,  
 Hinc laterum robur costæ, præcordia, mammæ,  
 Intestinorum series, cordisq; recessus,

## LIBER

Splen cum felle, iecur, pulmo simul ilia, lumbi,  
 Et fons morborum stomachus, uescica, renesq;  
 Pectora cum pugnibus, & edax cum clunibus aluus,  
 Mentulaq;  
 & femorum partes cum cruribus: inde  
 Vulua, nates, inguen, matrix, præputia, testes,  
 Cum genibus tali, & gemino cum poplite sura,  
 Plantaq;  
 cum pedibus, robustaq;  
 tibia, coxæ,  
 Postremiq;  
 simul calces, & quicquid in ipso  
 Corpore diuersum superest, propriumq;  
 ferarum:  
 Concha, pilus squammæ cum pennis, uellera, setæ,  
 Ungula, cumq;  
 toris palearia, pellis & armi,  
 Cornua cum cristis, mox cauda, proboscis & alæ.

Sed dum præcipuos memoramus corporis artus,  
 Sensim ad res alias uentum est: pariterq;  
 uidendæ  
 Quadrupedum species, seuarumq;  
 ordo ferarum,  
 Iunctaq;  
 reptilium uarijs insecta figuris,  
 Squammigerumq;  
 genus pisces, pictaq;  
 uolucres:  
 Et quicquid natum tellus habet, aër & unda,  
 Atq;  
 hominis pedibus subiectum, plurima passim  
 Sponte sua confert securæ commoda uitæ,  
 Principioq;  
 duces, aries, & taurus, & hircus,  
 Mox equus & mulus, uerres, maialis & agnus,  
 Inde sues, ueruex, cumq;  
 ægris porcus asellis,  
 Lanigcriq;  
 greges ouium, petulansq;  
 capella,

Bubalus

Q V A R T V S:

Eubalus ac barrus, vitulus, bos, uacca, caballus,  
 Capreoli, leporesq; leues, & odora canum uis,  
 Armenia tigres, iracundiq; leones,  
 Cumq; lupis urfi, lynces, panthera, camelus,  
 Simius, ichneumon, erimaceus, hinnulus, histrix,  
 Rhinoceros, elephas, crocodilus, cercopithecus,  
 Tragelaphusq; hippopotamus cum dorcade ceruus,  
 Sæuus aper, uolucresq; ibices, pardiq; feroces,  
 Syluestresq; onagri, uulpes, leopardus & urus,  
 Talpaq; luce carens, crocuta, sciurus, hyena,  
 Castores amphibij, lutra, damaq; fugaces,  
 Murilegi feles, sorices cum muribus atq;  
 Mustelis, glires, uiuerra, cuniculus, hoedus:  
 Ignotæq; aliæ species atq; ora ferarum,  
 Quæ passim uariis sine nomine procreat orbis.  
 Corporis exigua sunt & quæ mole feruntur,  
 Fucus iners, apiumq; genus, uespæq; nocentes,  
 Infestumq; crabro pecus, atq; infestius æstrum,  
 Musca, culex, bruchus, cynomya, teredo, locusta,  
 Atq; hyemis formica memor, segnisq; cicada,  
 Blattaq; papilio, tineæ, & cum cimice bombyx,  
 Pyraustæ simul & nitidis lampyrides alis,  
 Curgulio, campe, conuoluuulus atq; cerastes,  
 Hinc cruca, pulex, & amica cruoris irudo,

Stellio,

LIBER

Stellio, lumbricus, scarabæus, araneus, aspis.  
 Scorpions, aspectuq; nocens basiliscus, echidna,  
 Cochlea, & infestus serpens, buprestis & hydrus,  
 Tum domiporta subit testudo, lacerta, dracones,  
 Tippula, rana, grauis bufo, salamandra, rubeta,  
 Cantharis ac limax, scolopendra, phalāgia, gryllus.  
 Quinetiam liquidis quædam pascuntur in undis,  
 Ostrea cum conchis, cancer cum murice, perca,  
 Cetus, amansq; hominis delphinus, phoca, balena,  
 Versicolor polypus, cum passere salpa marino,  
 Carpio cum scombris, & cum torpedine rhombus,  
 Cumq; halece scarus, murenaq; sepia, salmo,  
 Gobius, aurataq;, acipenser, mena, silurus,  
 Tyrnus & anguilla, canis, & cum mugile congrus,  
 Hinc lupus ac barbo, mulusq;, echeneis, hirundo,  
 Quiq; ferunt alijs accepta uocabula rebus.  
 Inde genus uolucrum cœlo quod gaudet aperto,  
 Anser, anas, perdix, turdus, gallina, palumbes,  
 Nisus & accipiter, motacilla, monedula, miluus,  
 Psittacus hinc sequitur, pistisq; nitentia pennis  
 Corpora pauonum, phasianus, turtur, hirundo,  
 Vocales merula, fringillaq; frigore gaudens,  
 Regulus, halcyonesq; & sturnus, alauda, coturnix,  
 Attagen atq; apodes, philomelaq;, passer, acanthis,

27  
 Q V A R T V S.

Pica loquax, aquilæq; leues, & garrula cornix,  
 Graculus & picus, cuculus, curruca, columba,  
 Gryphes hyperborei, phoenix simul ardea, cygnus,  
 Struthius ac falco, & cum prophyrione, pygargus,  
 Aëriæq; grues, longoq; ciconia rostro:

Hinc fulica atq; parix, uultur, ficedula, mergus,  
 Et cristatus epops, ibisq; infesta colubris,  
 Noctuaq; & meropes, bubo funestus, & otus,  
 Nycticorax, ulula, strix, uestertilio, coruus,  
 Quæq; locis alio uiuunt sub sole remotis,  
 Et peregrina tenent cognomina. Protinus illis  
 Quicquid in Alcinoi syluis, & Adonidis hortis  
 Crescit, hamadryadum saltus, uiridesq; napæas,  
 Et quas immenso tellus producit in orbe,  
 Vallibus aut campis, fluuijsq; & montibus altis,  
 Per uarias species nectemus in ordine plantas.

Primaq; citrus adest, mox cedrus & innuba laurus,  
 Hinc acer & ficus, pinguesq; sequuntur oliuæ,  
 Pampineæ uites, & amictæ uitibus ulni,  
 Persicus atq; pirus, sambucus, amygdalus, ornus,  
 Sacra Ioui quercus, frondosaq; tegmine fagus,  
 Castaneæq; simul coryli, patulæq; iuglandes,  
 Bdellia, lentiscus, fructuq; onerata rubenti  
 Arbutus, & lentæ uictoris premia palma,

LIBER

Populus & præcox cerasus, nodosâq; cornus,  
 Et platani steriles, curuataq; glandibus ilex,  
 Hinc abies, pinusq; uirens, labrusca, cupressus,  
 Esculus ac tedæ pingues, ferulæq; minaces,  
 Molle siler, piceæ, malus, terebinthus: at inde  
 Taxus & annicola salices, lentæq; genistæ,  
 Mespilus & morus, larix, oleaster, arundo:  
 Mox heberus, lotusq; & spinis prunus acutis,  
 Et cum iuniperis cythisi, fatuæq; mariscæ:  
 Hinc tiliæ molles, & fraxinus utilis hastis,  
 Horrentesq; rubi, simul & uiburna, chamædrys,  
 Cum brusco sorbus, cum spino myrtus & alnus,  
 Perpetuoq; uirens buxus, tenuesq; myricæ:  
 Milleq; pomorum species, quibus optima tellus  
 Expromit uarios ima radice sapes,  
 Cum nucleis resinam, & maturo semina fructu,  
 Cumq; acinis baccas, glandesq; uuasq; nucesq;.  
 Hinc frutices simul & nitidæ cum floribus herbæ,  
 Balsama cum casia, thus, myrraq; nardus, amonium,  
 Acatia & moly, mox dira aconita sequuntur,  
 Narcissus, uiola, & nimium rosa plena pudoris,  
 Caucalis, cœnanthe, rodo daphne & amaracus, iris,  
 Acorus, hyssopusq; althæa, lauendula, caltha,  
 Fœniculumq; anisumq; chelidoniumq; crocumq;

Rugosum

24  
 Q V A R T V S :

Rugosum piper, & pallentis grana cumini,  
 Et cum lactucis gariophylla, zingiber: inde  
 Ozima chærephylumq; immortalesq; amaranthi,  
 Et satureia thymi referens thymbræq; saporem,  
 Salvia, dictamnus, blittum, colocasia, sandyx,  
 Peucedanumq; apiumq; melanthia, petroselinum,  
 Ambrosia, & baccae semper frondentis acanthi,  
 Capparis & tristes inula, corruda, sinapis,  
 Artemidisq; chamæpityosq; atq; achrados herbae,  
 Allia cum cepis, coriandra, papauer, anethum,  
 Corchorus in lachanis, carex, absinthia, spelta,  
 Rutaq; serpillumq; & suaue rubens hyacinthus,  
 Silphion, andrachne, raphanus, nasturtia, caules,  
 Brassica cum rapis, cyperus, spinachia, porrum,  
 Pissa, fabae, ciceres, reliquiq; leguminis ordo,  
 Ordeaq; & milium, far, chondrus, auena, siligo,  
 Infelix lolium, uicia, tristisq; lupinus,  
 Triticeae messes, & humi nascentia fraga,  
 Cum foenugræco staphylinus, aristolochia:  
 Hinc eruca salax, scolymus, satyriq; gemelli,  
 Marrubium, panicumq; & hyoscyamus, sagapenum,  
 Lapsana, uerbascum, plantago, anchusa, simulq;  
 Esula cum betis, solatrum, strychnus, oriza,  
 Lilia, mentastrumq; euphorbia, centaurea,

## LIBER

Abrotanum, fefelis, mox & cynoglossa sequuntur,  
 Asphodelus, smilax, eryngion, enneaphyllon,  
 Pulegij, nepetæ simul & borraginis herba,  
 Bettonica & scandix, muscus cum rore marino,  
 Inde meliphyllon, panace, scammonia, scilla,  
 Solsequiū, graueolens, cunila, ac uerbena, pyrethrum,  
 Hellenium, lupulus, buglossa, filix, adianthum,  
 Errantes hederæ, lapathus cum baccare, malua,  
 Menta, leonpodion, lentes, niueumq; ligustrum,  
 Cum rutilis ebuli baccis, melilotus, hibiscus,  
 Intybus atq; atriplex, boletus, tubera, fungi,  
 Asparagi, pepones, bulbi, gelidusq; citrullus,  
 Et tenero cucumis, longoq; cucurbita collo,  
 Saxifraga, uriganum, mox glycyrriza, melones,  
 Granaq; pœonia, uacinia, costus, aizon,  
 Anthemis, & uiscum quod non sua seminat arbor,  
 Ptisana, symphytonq; cichorea, myriophyllon,  
 Clematis atq; aloë, ladanum, hypericonq; foratum,  
 Hinc sifer, helleborusq; duplex, & noxia succo  
 Galbana, lonchitis, mox camphora, titthymalusq;  
 Mandragoræq; simul flores, & mæsta cicuta,  
 Spinaq; cum rusco, paliurus, lappa, triphyllon,  
 Carduus ac tribulus, rhannusq; urtica, faselus,  
 Cum pentaphyllo saliuca, dracunculus: inde

Cannabis

Q V A R T V S.

Cannabis & spartum, linumq; anagyrus & eruli,  
Iuncus cum scyrpo, simul ulua, papyrus & alga,  
Stirps, radix, folium, flores cum cortice, rami,  
Spicaq; cum siliquis, stipulaq; & culmus, arista,  
Sed quis cunctorum uires & nomina uerbis  
Explicet, aut possit totidem discernere formas?  
Cum plures herbæ quàm nomina: proinde relictis  
Naturæ rebus, magis explorata sequemur:

Atq; magistratus dicemus & officiorum  
Nomina, & artificum diuersas ordine sectas,  
Archiduces, comites, celsum cum principe regem,  
Induperatorem, chiliarchon, & inde tribunum.  
Hinc subit inuicti miles cum cæsaris armis,  
Satrapa, præfectus, gemino cum consule quæstor,  
Mox proconsul, eques, uexilliferumq; secuti  
Cum ducibus præco, legatus, scriba, satelles,  
Aedilis, prætor, iudex, equitumq; magister,  
Interrex, censorq; grauis, sanctusq; senatus,  
Patricioq; simul cum dictatore decani.  
Carnifici iunctus centurio, listor & augur,  
Pontificumq; grauis fido cum præside cætus.  
Ianitor atq; uigil, cumq; edituente sacerdos,  
Sunt etiam uaria famosi nominis artes,  
Quas quis uel casu, uel quas ratione secutus:

LIBER

Hinc professorum uenit longissimus ordo,  
 Grammaticus, rhetor, dialecticus, inde sophista,  
 Astrologus, geometra simul, iurisq; peritus,  
 Philosophus, medicus, post musicus atq; poëta,  
 Cumq; mathematico socius chirurgus, & acri  
 Physicus ingenio, uates, phonscus, aliptes,  
 Tibicen, historicus, phrygio, tractator arithmi,  
 Bibliopola simul sculptor, cocus, archimagirus,  
 Chalcographus, solers pictor, præfagus aruspex.  
 Inde propola uenit pariter cum litis amante  
 Causidico, post hunc fidicen, uespillo, magusq;  
 Pannifices, fullo, tubicen, figulusq; sequuntur,  
 Institor, aurifices, mercator, pharmacopola,  
 Mox lapicida, faber, cytharædus, pellio, textor,  
 Cumq; trapezitis, fusor, gemmarius: inde  
 Vinitor, herbarum legulus, factorq; papyri,  
 Athletæ, pugiles, & cum cursore probatus  
 Schœnobates, tonsor, chartarius & gladiator,  
 Quiq; simul statuas, unguentaq; cribraq; sellas,  
 Carbonesq; solent & ultra parare, quibusq;  
 Bractea, marsupium, pariter cements, sagittæ,  
 Plaustraq; carpentumq; dedisse uocabula constat.  
 Funificesq; simul sutor, coriarius: & mox  
 Oeconomus, lanius, pincernaq; & architriclinus,  
 Pistor,

26  
 Q V A R T V S.

Pistor, & hinc molitor, mensarius, & publicanus:  
 Tum gladiatorum opifex, & notior hospite caupo,  
 Nauta simulq; agilis remex, auriga, uietor,  
 Agricola atq; olitor, piscator, uillicus, auceps.  
 Hinc durus messor, tornarius, histrio, sartor,  
 Mulio & œgonomus, uenator, fossor, agaso,  
 Pastor & upilio, mox bubsequa, mango, subulcus.  
 Inde gradus ueniunt, & iuncti sanguine cœtus,  
 Agnati pariter cognatorumq; propago,  
 Affinis, coniunx uxor, procus atq; maritus,  
 Cum socero, sponsusq; gener, socrusq; nurusq;  
 Sobrini, patruusq; grauis, geminiq; parentes  
 Cum genitrice pater, matertera, consobrini,  
 Germaniq; simul fratres, gratæq; sorores:  
 Hinc patruelis adest, natiq; simulq; nepotes,  
 Mox & auus proauusq; & auunculus atq; gemelli,  
 Fratris cum leuiro, iunctusq; sororius: inde  
 Vitricus, atq; audax sequitur cum glorie nouerca,  
 Priuignus pariterq; amita atq; amitinus: at ultra  
 Patronusq; reusq; cliens, testator & hæres,  
 Et cum legitimo paruus tutore pupillus.  
 Nunc simul ingenijs clarorum inuenta uirorum  
 Instrumenta, operum uariis quæ postulat usus:  
 Et structurarum partes, luxusq; tegentis

LIBER

Corpus, & escarum percurret nomina carmen.  
 Quamquam hæc de multis sint pauca uocabula rebus:  
 Mensa, tripos, flabrum, catinus, scutella, canistrum,  
 Vrcus ac scyphus, mox amphora, cantarus, urna,  
 Olla, lebes, cacabus, discus, sartago, patella,  
 Arca, lagena, cadusq; & cocta fidelia limo,  
 Libra, calix, modius, crater, lanx, quadra, salinum,  
 Pocula cum calathis, gutturnia peluis, amussis,  
 Et cum pistillo, mortaria, follis, ahenum,  
 Fuscina, marsupium, & firmis carchesion ansis:  
 Inde ueru, coclear, chytropus, mantile, paropsis,  
 Cupaq; cum loculis, cyati, pateræq; capaces:  
 Mox infundibulum, culter, craticula, funda,  
 Mappa simulq; abacus, lychnus, cum forfice, cribrum,  
 Atq; cytoriaca plenæ cum pyxide cistæ.  
 Tessera cum talis, agilis pila, deinde fritillus,  
 Tibia, testudo, cytharæ, tuba, fistula, plectrum,  
 Dux laterna uis, speculum, candelabra, fistrum,  
 Stragula, lodices, lectus, substrataq; mollis  
 Culcitra, puluinar, cunabula, sponda, scabellum,  
 Scrinia, ceruical, iunctisq; aulea, tapetis,  
 Circinus, ampullæ: mox dentiscalpia, corbes,  
 Antilia, rastelli, mulstrale, catena, batillum,  
 Fusus, uerticulumq; colus, glomus, annulus, orbis,

Filaq;

29

Q V A R T V S.

Filaq; pecten, acus, simul addita licia tela,  
 Hinc dolabra, lima, cum forcipe, malleus, incus,  
 Ascia cum terebro, cuneus cum cote, securis:  
 Tum runcina, scopæ, fabrilia scalpra, dolones,  
 Torcular, & prælum, ac dentatæ lamina ferræ,  
 Sarcula, uentilabrum, & triplici cum falce bidentes,  
 Carpentum, temo, currus, rota, uomis, aratrum,  
 Arbuteæ crates, & mystica uannus Iachi,  
 Stiuq; cum radijs, buris, ligo, canthus & axis:  
 Hinc saccus, dolium, contextaq; fiscina uirga.  
 Gausape, mox restis, pluteus, lectica, cylindrus,  
 Tribulaq; traheaq; & iniquo pondere rastræ,  
 Sella quoq; & phalera, strigiles, furcæq; bicornes,  
 Calcar cum stimulis, & ephippia, frena, capistrum,  
 Retia, muscipulæq; amites, pedicæ, atq; matellæ,  
 Verriculumq; auidisq; uoratus piscibus hamus,  
 Hastaq; cum clipeo, gladius, uagina, bipennis,  
 Claua, simulq; arcus, & plena pharetra sagittis,  
 Pugio, bombardæ, catapulta, balista, flagellum,  
 Mantica, malluuium, trochus atq; nouacula, parma.  
 His quoq; diuersæ succedunt ordine partes,  
 Aedibus in cunctis quæ plus uel minus uel struuntur:  
 Porticus, aula, domus, pauimentum, limina, postes,  
 Ostia, uesibulum, & bifores cum cardine ualuæ.

## LIBER

Atria, triclinium, puteus, coenacula, scannum,  
 Cum locuplete penu, stabulum, uiuaria, cellæ,  
 Hinc hypocausta, bases, camera, celsæq; columna,  
 Iunctaq; cum caueis apotheca, cubilia, fornix,  
 Carcer, & effosso deducta cloaca canali:  
 Inde peristylum, testudo, gynæcion, antes,  
 Cum fundamento paries, laquearia, portæ,  
 Ianua, & interior postica, fenestra, lacunar,  
 Pessulus atq; seræ, clausæq; repagula, uectes,  
 Pergula, scala, gradus, podium, præsepce, caminus,  
 Moxq; culina, focus, fornax, sumaria, furnus,  
 Hortus & impluuium, granaria, balnea, turres,  
 Area, protectum simul & subgrundia, culmen,  
 Scandula cū trabibus, tegulæq; & tignus, & imbrex,  
 Horrea, cancelli, & summi fastigia tecti,  
 Sunt etiam nauis partes, & multa supellex,  
 Malus, & antennæ transuersis cornibus, unde  
 Carbasæ dependent, remi, crassiq; rudentes,  
 Transrorum series, pariterq; harpago, carina,  
 Ancora cum rostro proræ, fixusq; repandis  
 Puppibus, & certo rectus moderamine clauus.  
 Indumenta simul uario confecta labore,  
 Pellibus & pannis, de bombyce, uellere, lino:  
 Purpura, pelliciumq; chlamys, toga, penula, sindon,  
Pallia,

28  
 Q V A R T V S .

Pallia, diplois, strophium, multicia, peplum,  
 Hinc tunicis manicae sunt, & redimicula mitris:  
 Byssus ad haec, & cum lato sudaria clauo,  
 Infulaeque, & regale decus diadema sequuntur,  
 Bullaeque, & interulae, stola, flammae, uitta, lacerua,  
 Cingulus & caligae, bracciae, praetexta, tiarae,  
 Baltheus ac thorax, galeae, mox fibula, cestus,  
 Fascia, ciliciumque, & prodigiosa cuculla,  
 Fimbria, reticulum, chirotheca, monilia, palle,  
 Sandalium, torques, tremulaeque, in uertice cristae,  
 Suparus atque sagum, loricaeque, limbus, abolla,  
 Centones, trabeae, cum cyclade, lena, calyptra,  
 Palludamentum, femoralia, bardocucullus,  
 Calceus, atque ocreae, conus, pileusque, galerus,  
 Cum soleis, crepidae, socci, celsique, coturni.  
 Sunt etiam omnigenum delectamenta ciborum,  
 Siue ea dura fames reperit, siue ipsa uoluptas:  
 Panis & intritum, simul & bellaria, pultes,  
 Assaeque, cum frixa atque clixa carne, medulla,  
 Condimenta salis, mox & praedulcia mella,  
 Saccaron, offa, garum, tucceta, tomacla, polenta  
 Cum pulpamento, scriblita, botellus, & ouum,  
 Artocreaeque, fauusque, recens, obsonia, manna,  
 Pappaeque, sarcimen, petaso, placenta, butyrum,

LIBER

Durati sale terga suis, cum sumine, perna,  
 Caseus, isficium, succidia, deinde minutal,  
 Castaneæq; nucesq; & suaue rubentia mala.  
 Hisq; epulis grati miscentur sæpe liquores,  
 Hydromel, & mulsum, cereuisia, nectar, acetum,  
 Potus aquæ, zythum, cum succo pinguis oliui,  
 Cumq; mero, uinum dilutum, ac defruta, mustum,  
 Hinc muriæ latices, & opimi copia lactis,  
 Vile serum, uappæq; stupor, siceræq; sapes.

Verum hæc humanæ diuis concessa saluti,  
 Morborum ingenti contrâ pensantur aceruo:  
 Quos tandem pariunt uiciati in corpore primum  
 Quattuor humores, cholera & cū sanguine phlegma  
 Atq; melancholia: & rerum peruersus abusus:  
 Nanq; aër, cibus & potus, motusq; quiesq;  
 Somnus & excubiæ, replendiq; insuper ordo,  
 Affectusq; animi, multum dominantur utranq;  
 In partem, & prauo generant moderamine morbos:  
 Qui partem chronici, partim dicuntur acuti.  
 Hinc tußis, spasmus, tetanus, dyspnœa, catarrus,  
 Vuula, singultusq; & cum rauedine rheuma,  
 Strumæq; cum gibbo, sycosis, uerruca, cicatrix,  
 Vomica, lichenes, uarix, glaucoma, parotis,  
 Et cum furfuribus, cumq; intertrigine scyrrus,

Lentigo

Q V A R T V S.


Lentigo ac scabies, & cum porrigine, psora,  
 Phthiriasisq; scatens, furunculus, inq; petigo,  
 Et quæ uicini corpus contagia lædunt,  
 Mydriasisq; simul madarosis, opisthotonosq;  
 Polypus, & graueolens ozæna, grauisq; coryza:  
 Hinc & alopecia sequitur cephalæa, ueternus,  
 Leucoma, ægilops, ophthalmia, branchus & aphtha,  
 Trichiasis, uutiligo, simulq; scotoma, synanche,  
 Et tactu mentagra nocens, epimyctis & alphas,  
 Phthisis, erysipelas, anorexia, syncopis, asthma:  
 Moxq; paronychiæ morbo subit algos odonton,  
 Hemicræna grauis, manuum nodosa chiragra,  
 Lepra, elephantiasis, cancer, gangræna, parulis,  
 Hernia, prurigo, rhagades, tumidæq; mariscæ:  
 Inde gonorrhœæ labes, stranguria, & horror,  
 Ischias, arthritis, phagedæna, podagra, marasmus:  
 Tum dysentericæ fluxus, & tormina uentris,  
 Cumq; diarrœa, licenteria, atq; tenasmus,  
 Icterus, ascites, simul hæmorrois, & hydrops,  
 Bulimus, & languens dyspepsia, calculus, ichor,  
 Colica, lithiasis, dysuria, mox diabetes,  
 Cumq; priapismo, bubon obscœnus: at inde  
 Cœliacus morbus, pleuritis, & enterocele,  
 Cardiacusq; dolor, tonsilla, nephritis & anthrax,

LIB. QVARTVS


Incubus, hydrophobus, raptæq; epilepsia mentis,  
Quem morbum herculeum dicunt, sacrumq; caducumq;  
Infaustumq; inter suffragia committalem:  
Nec paralysis abest, pariterq; epidemica pestis,  
Ecstasis, & mania furor, atq; insana phrenitis,  
Uleos, abscessusq; graues, apoplexia morbus  
Sonticus: hinc herpes, & condyloma sequuntur,  
Exanthema, simulq; oscedo, cachexia, phlegmon,  
Pulmonis splenisq; labor, cephalalgia: febres,  
Hectica cum putrida, tritæa & ephemera, caufon,  
Quartana, atq; aliæ, quarum discrimina nouit,  
Qui solus mundi cunctas speculatur abyssos.  
At nos chiliadas rerum numerare parati,  
Vocibus in medio priuamur: nec tamen ista  
Nomina cum proprijs pigeat perdiscere rebus.  
Cætera quæ restant, nec sunt numerata sub istis  
Versibus, explebunt doctorum scripta uirorum.  
Nos quoq; difficili functi mea Musa labore,  
Cum percussa graui premerentur pectora fluctu,  
Arma inter media, & rabiosam demonis iram:  
Carmina nunc alios potius cantare sinamus.

F I N I S.

CIRCVLI SPHAERAE  
CVM V. ZONIS.



# ORDO PLANETARVM CVM ASPECTIBVS .



REGIONES ET NOMINA  
VENTORVM.

SEPTENTRIO.

Θεσσακίας  
Circius

Απαρκτίας  
Septentrionarius  
Nord.

Βορέας  
Aquila

Αργέσνης  
Caurus



Ζέφυρος  
Favonius  
Vest.

Αίψ  
Africus

Καικίας  
Helleſpōtius

Απηνλιώτης  
Subſolanus  
Ost.

Εὐρῶ  
Vulturinus

O RIENS.

Αὐρόνοτος

Νότῶ  
Auster  
Sud.

Εὐρόνοτος


MERIDIES.

# VNIVERSALIS

Ordo Climatum



SEPTENTR




TIGVRI NE


Gradus


MER


30 60 90

# COSMOGRAPHIA













b







Dantiscum  
PRUSSIA

SAMOCITIA  
SARMA

Polania

Toronia  
Gnesna

Marieburgum  
MASSOVIA

Vlna

MAIOR POLONIA

Plocia

Petricouia

Varsovia

Lublinum

Lutzko

Sandomiria  
Cracouia

Itula ti.

Premisla

RVSSIA

MINOR POLONIA

Leopolis


Caminecia


Cassouia


VNGARIAE PARS

Soffa

MOLDAVIA







Camnecta

PODOLIA

Boristhenes R.

Pruth R.  
Sossania

Nester R.

MOLDAVIA

Felinum

Corona

Brayle

Kilia

PONTV

VALACHIA

BVLGARIA

Danubius R.  
Nicopolis

Rufsi

Bizantium

Sophia

Adrianopolis

Athira R.

THRACIA

Selimbria

PROPONTIS

Hæmus mons

Hebrus R.

Aenos

Callipolis

Philippi

Abdera

Imbrus

Aby  
dus

Amphipolis

Samothraxe


Teredus

Apollonia

Athos

MARE AEGAEVM

Axius R.  
Stratonica




Berœa  
EMATHIA  
MACED  
Haliacmon fl.  
Dyrrachium  
ADRIAS  
Apollonia  
ALBANIA  
Aulon  
Elyma  
Acroceraunia  
Hypata  
Pindus  
DORIS  
EPIRVS  
Buthrotum  
ACHERON fl.  
ACARNANIA  
Ambracta  
Calydon  
AETHOLIA  
Naupactus  
Corcyra  
Cephalenia  
Echinades  
ACHAIA  
Ithaca  
Zacynthus  
Patra  
Blis  
Pisæ  
Alpheus fl.  
Pylus  
Troezen  
Methone  
Corone  
MARE IONIVM  
Acritas prom.  
Theganusa

























d











c

J546  
H775r

